



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Patrocinium Defunctorvm**

**Hautin, Jacques**

**Leodii, M.DC.LXV.**

Caput Quintum. De Commendatione Defunctorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79679](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79679)

Postremò nulla dies non Patronos miserabiliū reorum spectet, & misericordia divina, cujus vices in Purgatorio, quò pertin-

gere vix potest, susceperitis, causam hęc vestram suscipiet, qua patrocinante, quem aduersarium timere possitis ?

## CAPVT QVINTVM.

### De commendatione defunctorum.

#### ARTICULUS I.

##### *Modus Concionum, ac digressionum in gratiam defunctorum.*

1066.  
Tota concione.



ISSAS facio privatas Patroni defunctorum commendationes, ad quas utique charitas tot nominibus impellit alios, quot ipsa impellitur ad opitulandum: de publicis loquor. Porro multifariam agi potest ad populum de ope piis manibus ferenda. Primum tota concione, quæ in templis Societatis JESU singulis mensibus habetur ipso die Synaxeos Generalis, vel aliàs alibi ex legibus Sodalium in opem defunctorum incumbentium. Quæ ratio miseris illis patrocinandi optabilis quidem, imò & laudabilis, ac sequenda videri potest, cum deceat concionem præcipuo Communionis Generalis, aut ejusmodi Sodalitatis fini, id est, animarum solatio totam accommodari. Et nos toto hoc tractatu in gratiam Concionatorum, biennii forsitan spatio, sive viginti quatuor concionibus sat materiæ suggestimus; maximè si exordiis, ac thesibus exornandis, fundendisque alia è locis communibus eruantur. Quin etiam themata illis apta huic Articulo subjungimus. Sed, ut verum fatear, vereor ut luctuosum argumentum tamdiu, ac frequenter, continenterque inculcatum in vulgus probetur. Et licet piis hominibus probari faciamus, non dubito, quin plerisque Oratorum id consilii sit displiciturum. Etenim quando de infœlicibus illis captivis agitur, nisi ardent, ac vehementi cum affectu, non satis appositè dicitur. Isti autem vehementiæ nonnullorum vel corporis valetudo, vel animi habitus impar esse solitus est. Adde, quod id genus materiæ in conciones per

facrum Adventum aut Quadragesimam habendas, vel aliàs distrahendas minimè quadret, atque adeò parum usui sit illis futurum.

Itaque alteram concionis rationem propono defunctis utilem, & facilius amplectendam. Depromatur thema ex Evangelio, vel aliunde, quod tam vitâ functis, quam viventibus applicari queat: & cum in viventium commodum ac salutem expositum amplificatumque fuerit, tum ad mortuorum solatium referatur, ac dilatetur. Tale thema est illud: *Ite & vos in vineam meam.* Duplex enim distingui potest Vineam. Prior, quæ sita sit super terram, Ecclesia scilicet Militans, vel anima adhuc peregrina. Posterior subter eam, Ecclesia scilicet Patiens, vel Patris, aut Matris, aut Amici anima. Igitur culturâ prioris explicatâ, ac pro viribus persuasâ descendere licebit ad culturam posterioris. Quippe Ecclesiam Patientem summi Patrisfamilias vineam esse, ex fidelibus animis tanquam ex vitibus constatam, quia licet illæ ardeant, utpote Soli Justitiæ expositæ, tamen succo melioris vini, id est, gratiæ sanctificantis, *Deumque, & homines laudificantis* nectare plenas esse, ideoque earum quoque non mediocrem curam suscipi à Patrefamilias. Itaque 1. *Exiit*, urgente charitate erga vineam illam electam, sive Electorum. 2. *Exiit* è stricti Judicis rigore, & Patris filios miserantis personam induit, quasi ductus pœnitentiâ severitatis. 3. *Conducere operarios*, addicta illis mercede gratiæ amplioris, & gloriæ, pro labore vel minimo in vineam cultura impendendo. 4. *Dixit illis: Ite in vineam meam*, nempe ut eam putent, frondes ac sarmenta noxia rescindendo, id est, obligationis ad pœnam vincula, satisfactionum suarum falce refecando, & mortificationis cultro verborum & actionum superflua noxiâque putando. 5. Ut eam impinguent Christi sanguine in Missa litando. 6. Ut eam ad palum

1067.  
Media concionis parte, ut si dicas Ecclesiam patientem esse vineam.

palum crucis alligent, sive imploratis Christi cruci affixi meritis animas erigant. 7. denique ut vites transplantent in caelestem paradysum, ubi lætissimas uvas, vinumque generosissimum amoris beatifici proferrant. Ita perorare licebit, & ne memoria culturae prioris vineæ adhibendæ pereat, repeti poterit obiter, & ad illius, pariterque hujus posterioris culturae studium populus accendi.

Defunctum esse cæcum.

Similiter distingui potest, & tota concione describi duplex cæcus, prior peccator, posterior defunctus, uterque opæ mendicans, nam ut priorem pro priore concionis parte tibi relinquam. 1. *Cæcus* est defunctus, qui oculos quos æterno lumini aperire deberet, clausos jam habet. 2. Quia insuper in tenebricoso carcere vincus est, extra omnem, præterquam flammæ sulphuræ, & ingentium miseriarum aspectum. 3. *Cæcus*, eo miserior, quia clarè agnoscit cæcitatæ suæ causam non aliam esse, quam noxas suas, & veri luminis, dum viveret, repudiationem. 4. *Cæcus quidam*. ô! si nosse silum! Patet est tuus, frater, amicus intimus. *Sedebas*, qui situs plangentis est, ut patet ex illo Thren. Jeremiæ c. 1. *Quomodo sedet sola Civitas plena populo? Ubi cum Maldonato, & Cornelio intelligi potest Quomodo iacet*, & hic quoque in proposito: nam cæci mendici jacent, quando sedent, quia humi sedent. 6. *Secus viam*, nempe Cæli; quò tendebat, & unde in tenebricosum carcerem retractus est. 7. *Mendicans* nempe suffragia mortalium, Rex, Papa, Pater tuus, & Mater. 8. *Mendicans*, quia omni ope per se destitutus. 9. *Mendicans* cum te locupletarit, & alioqui jure suo subsidium exigere possit. 10. *Mendicans*, quia à te spe sua, & jure suffragiorum promissorum, vel aliter debitorum frustratus. 11. *Mendicans*, cum tu facillimè eum cæli divitiis cumulare possis, & lumine gloriæ donare.

Defunctum esse leprosum.

Denique pariter dividi potest concio duas in partes, quarum prior de criminum reo verè leproso, posterior de defuncto pertractet. Nam & hic leprosus est. 1. Quia adhuc inquinatus est reliquiis peccati quod lepra est. 2. Quia ut lepra corpus depalcitur, ita noxa per flammam lustralem, & merorem, exedit animam purgandam. 3. Quia ut lepra morbus Hercules vocatur, quòd difficillimè curetur, & ad eam depellendam opus sit robore Herculeo, ita morbum animarum purgandarum non nisi divina virtute depelles. 4. Quia ut lepra sanguine infantium Plinio teste curabatur, sic lepra defunctorum sanguine Christi. 5. Quia ut leprosus non aliis modò est horribilis, sed etiam sibi; ita defunctus non

modò mortalibus, vel cogitantibus est horrore, sed etiam sibi, propter antea vitæ conscientiam. 6. Uti leprosi consortio aliorum arcetur, ita defunctus beatorum societate.

Tertia ratio de defunctis in Concione agendi esse potest per congruam ad illos in fine concionis vel decursu digressionem. Quam quidem peritus Concionator ex materia sua facile deducturus est. Si quis autem opportunè & apertè ad eam descendere non valebit, hujusmodi insinuationibus tui poterit. 1. Atque hætenus sermo ad mortales, nunc de immortalibus, sed heu! in flammis miserè viventibus, quia hic locus, & tempus est, paucis agendum. Ad hos enim etiam pertinent hæc Evangelii verba, quæ hætenus exposuimus, &c. Vel alia hodierni Evangelii. 2. Non ero vobis jam importunus, si de piis manibus pauca libavero. Nam charitas semper opportuna est, & nunc præsertim, quando hic dies Communionis Generalis eorum solatio addictus est. Igitur hæc Evangelii hodierni pars: *Ego vox clamantis in deserto*, Vos, Auditores, ad eorum subsidium excitet, necesse est. Tori enim sunt vox præ subsidii desiderio, & clamantis quidem vox, non modò loquentis, quia in acerbissimis supplicii constituti, quibus nullus clamor, nullus gemitus par esse possit. Item *Vox clamantis* quia à nobis remotissimè sunt; verè enim dicant: *Necessarii quoque mei recesserunt à me*. Denique sunt vox Justitiæ divinæ per eorum pœnas clamantis durum esse *incidere in manus Dei viventis*, præsertim si eos, qui in eas inciderunt audire, & juvare dedignemur. 3. Hætenus sermone divino pasti estis, Auditores. Congruit jam, ut mensæ reliquias pauperibus mortuis distribuamus, & nostrum Sinitapi ex quo omnia fercula composuimus, reliquum aliquid habet quo illi reficiantur: nempe, quod lachrymas excutiat. Has igitur defunctis date ex intimo sensu miserationis. 4. Sed ecce lugubris hic pannus, & reliquus funebris apparatus altaris me monet mortis, & mortuorum, & nefas est hodie de illis silere, ne in animas adeò miserabiles duri, & crudeles videamur: neque verò Evangelium hodiernum sterile est materiæ illis idoneæ; monet enim *Parandam esse viam Domini*, nempe & his qui à Domino proximè absunt: sed heu! in flammeo carcere. 5. Hætenus de illa virtute: nunc *excellentiorem viam vobis demonstro*, charitatem in defunctos, hanc enim hodierna die suo quodam jure exigunt, & vos Eucharistiâ, divino, inquam, pane refecti gratias Deo,

1068.

Per digressionem in fine concionis.

noq

non melius, quam per eos in Cælum missos, rependere potestis. Etenim excellentius Deum laudabunt Cælo donati, quam sanctorum mortalium maximi, dum vitam hanc adhuc degunt. 6. Quod si id culpæ, quam hactenus insectati sumus, adhuc placet, & portò placebit, heu! quantum olim vobis illa merorem pariet! nempe tantum, quantum sentiunt animæ summo bono propter illam privatæ, & igne acerrimo ardentes: quantum, inquam, tyranni Martyribus inurere non potuerunt. 7. Si eleëmofyna pauperibus vivis debeatur, quantò magis vitâ functis? quippe egen-  
tissimis, & sui juvandi impotentissimis. 8. Sed minimè decet me personam meam oblivisci. Nam hodie Orator sum defunctorum, & vereor ne mihi exprobrent illud: *Et non dixerunt, qui præteribant, benedictio Domini super vos: benediximus vobis in nomine Domini.* Non sunt igitur prætereundi.

1069. Hæc, licet vulgaria digressionum ad defunctos genera non piguit Concionatoribus in mentem revocare. Ut enim aliæ res, dum quaruntur, etsi ante oculos positæ, subinde tamen minimè advertuntur, ita & digressiones: & facile erit inventis alias meliores addere.

Unum restat, quod objici possit huic nostro ad defunctos digressionum consilio, per has Auditoris animum à materia proposita diverti, ac proinde frangivoluntatis jam commotæ impetum, affectumque vel ad virtutis laudatæ studium, vel ad vitii vituperati fugam, velut sopiri. Verùm respondeo 1. Non videri id magis contingere posse propter hujusmodi digressiones, quam ob Cantum Psalmi de Profundis, ad miserationem animarum piòs excitare natum. 2. Defunctorum memoriam non magis officere piis aliis motibus, quam recordationem mortis, & utramque illos corroborare posse. 3. Charitatem in fideles Deo mortuos gemellam esse charitatis in Deum, quam constat reginam esse virtutum, easque ad officium impellere. 4. Denique ex Communionis Generalis instituto defunctos jus habere, ut saltem semel per mensam eorum causa tractetur, idque ipsomet illius die. Si igitur tota illis concio non tribuatur, saltem ejus particulam obtineant, oportet: ne tam miseræ ac miserabiles animæ, quadam injuria afficiantur ab iis, à quibus potissimè instituti ac muneris sui ratione genus omne subsidii expectabant.

1069.  
Satisfit  
objectioni.

## ARTICULVS II.

*Nonnulla ex Evangelis singularum Dominicarum themata digressionum, vel concionum è toto tractatu eruendarum in gratiam defunctorum.*

## DOMINICA I. ADVENTUS.

- I. **H**ora est iam nos de somno surgere: Rom. 13. quia jam tempus gratiæ, & satisfactionis. Numero marginali. 237.
- II. *Sol obscurabitur, Luna non dabit lumen suum.* Etiam in Purgatorio, ubi Solis Justitiæ, & Lunæ Mysticæ conspectus subtrahetur, Stellæ cadent de Cælo, id est, in Cælo extare non videbuntur Sancti, quippe animis opem eorum ferre frustra implorantibus. n. 93. & 176.
- III. *Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione.* Quomodo tibi idem non contingit flammam lustralem tam acres expectanti? n. 291. & 327.
- IV. *Verba autem mea non præteribunt.* Scilicet verba de Judicio, etiam particulari, & de carcere, ubi ad extremum usque solvendum est quadrantem. n. 18.

## DOMINICA II. ADVENTUS.

- I. **C**um audisset Joannes in vinculis. Collatio horum vinculorum, & captivitatis hujus mundi, cum vinculis, & captivitate Purgatorii. n. 61. 643.
- II. *Cum audisset opera Christi.* Effectus Communionis Generalis, & indulgentia plena, verè opera Christi, in vinculis purgantibus audiuntur. n. 977.
- III. *Cæci vident, surdi audiunt, leprosi mundantur, mortui resurgunt.* Hæc defunctis accidunt ope misericordiæ christianæ: nam vident jam liberi Deum, Verbum divinum audiunt, à lepra peccati curantur, & ad vitam celestem resurgunt. 93. & 470. & alibi sapius, præfertim. 657.
- IV. *Pauperes Evangelisantur.* Animæ mortuorum pauperrimæ ab Angelis Evangelisantur. 711. Vide etiam P. Dionysium Auger de earum paupertate.
- V. *Tu es, qui venturus es? an alium expectamus?* Sic Pater captivus in Purgatorio

torio

# Patrocinium Defunctorum. *Lib. III.* 345

torio filium, aut filiam alloquitur per Angelum Custodem. 504.

## DOMINICA III. ADVENTUS.

- I. **T***V* quis es. Cognitio sui & turpitudinis peccati, maxima in Purgatorio. 218.
- II. *Tu quis es?* si sic interrogas defunctos: mirabere te multos in Purgatorio habere parentes, scilicet tritavos, proavos, abavos, avos, Patrem, Matrem, patruos, amitas. Tam diu istic hærent. 414.
- III. *Ego vox clamantis in deserto.* Misericordiam humanam in clamat anima in Purgatorii deserto. 470.
- IV. *Ego baptiso in aqua.* Quàm fatius hic aqua de fontibus hausta Salvatoris baptisari, quàm igne postea? 282.

## DOMINICA IV. ADVENTUS.

- I. **A***N*no decimo quinto Imperii Tiberii Casaris. Ut hic observatur tempus baptismi Joannis: ita in Purgatorio tempus Communionis Generalis, quæ animarum, etiam purgandarum, est quidam baptismus. 991.
- II. *Parate viam Domini:* Animabus, ut in Cælo vestro nomine Deum laudent. 664.
- III. *Rectas facite semitas eius.* Ne vel leviter declinando incidatis in ignem. 337.
- IV. *Videbit omnis Caro salutare Dei.* quanta præstantia visionis Dei. 193.

## DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS.

- I. **E***C*cce positus est hic in signum, cui contradicetur. Nempe quatenus loquetur de Carcere Purgatorii. 1. 2. &c.
- II. *Tuam ipseus animam pertransibit gladius.* Collatio dolorum D. V. cum dolore animæ purgandæ. 137.
- III. *Tuam ipseus animam pertransibit gladius* Summi doloris, ô homo, quisquis ob minimam difficultatem negligis hic satisfacere. 237.
- IV. *Et bæc vidua erat.* Quid debeant viduæ viris defunctis. 547.

## DOMINICA PRIMA POST EPIPHANIAM.

- I. **F***ili, quid fecisti nobis sic?* Quid liberis præstandum adversus parentes mortuos. 604.

- II. *Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* Quantus mœror Deo privari: sive de pœna damni. 92.
- III. *Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* De officio pietatis in liberos vitæ defunctos. 529.
- IV. *Et eras subditus illis.* De officiis piorum manuum erga eos, qui vitam cœlestem illis procurant. 742.

## DOMINICA SECUNDA POST EPIPHANIAM.

- I. **N***V*ptia facta sunt in Cana Galilee. In Communione Generali defuncti epulantur, & Christo Sponsi junguntur. 991.
- II. *Et erat Mater Jesu ibi.* D. Virgo cœlestibus defunctorum cum Christo nuptiis apparandis incumbit. 701.
- III. *Implete hydrias aqua:* Ut potetis defunctos sitientes. 483.

## DOMINICA TERTIA POST EPIPHANIAM.

- I. **E***C*cce leprosus veniens adorabat eum dicens. Lepra, ac turpitudine peccati defunctis horribilissima. 215.
- II. *Volo, mundare.* Christi erga defunctos misericordia. 692.
- III. *Et confestim mundata est lepra eius.* De indulgentia plena Communionis Generalis. 991. & altarium privilegiatorum. 959.
- IV. *Vade, ostende te Sacerdoti.* Sacrificii virtus curandi defunctos. 934. etiam auditi. 967.
- V. *Puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.* Defuncti paralytici, quia se movere nequeunt. 78. Oratione corroborantur ad iter in cœlum. 913.
- VI. *Domine puer meus iacet in domo, &c.* Orandus Christus à parētibus pro liberis defunctis. 913.

## DOMINICA QUARTA POST EPIPHANIAM.

- I. **I***N* naviculam. Etiam Ecclesia Patiens est navicula, quia lacrymarum, & flammæ fluctibus completur. 282.
- II. *Ipse verd dormiebat.* Dormit Christus mortuis, quia ipsi monenti Christo, dum viverent, dormierunt. 248.
- III. *Et suscitaverunt eum.* Oratione, jejuniis, aliisque operibus satisfaciendi potentibus. 862. &c.

X x

IV. *Qualis*

IV. *Qualis est hic? quia venti & mare obediunt ei.* Amator defunctorum similis Moyſi educenti ex captivitate, & mari rubro, Iſtaëlem. 643.

DOMINICA V. POST  
EPIPHANIAM.

- I. *Simile est regnum cœlorum homini, qui seminavit bonum semen.* Homo ille est Patronus defunctorum, qui in Purgatorio seminat semen ingentis gloriæ cœlestis. 731.
- II. *Cùm autē dormirent homines.* Maximus meritor defunctorum ex jactura gloriæ aliàs assequendæ, si in rem salutis incubuissent. 187.
- III. *Superseminavit Zyxania.* Venialia. O quàm multa. 375. & quàm diuturnæ eorum pœnæ. 376.
- IV. *Alligate ea in fasciculos ad comburendum.* 332.

DOMINICA VI. POST  
EPIPHANIAM.

- I. *Simile est regnum cœlorum grano sinapis.* Ut Ecclesia Militans, sic & Patiens, regnum cœlorum est, & simile grano Sinapis propter hujusvim igneam, lacrymas cicientem, & lechargum curantem. 288.
- II. *Simile est regnum cœlorum grano Synapis.* Anima misericors in mortuos & regnum cœlorum est, & similis grano Synapis, quatenus & ipsa ignea vi prædita est, & hydropem ac sitim defunctorum curat. 470.
- III. *Simile est regnum cœlorum fermento,* Quod ut totam massam pervadit, & immutat, ita misericordia in defunctos hominem. 690.
- IV. *In parabolis loquebatur.* Sermo de Purgatorii acerbitate ob leves culpas, mundanis est parabola. 337. 340.

DOMINICA SEPTUAGESIMÆ.

- I. *Ejus initium. Circumdederunt me gemitus mortis, dolores inferni circumdederunt me.* De igne purgante. 288. non distincto ab igne inferni. 271.
- II. *Conducere operarios in vineam suam.* Vinca, Purgatorium. 1067.
- III. *Conducere operarios denario diurno.* De mercede caritatis in defunctos. 731.
- IV. *Quid hic statis tota die otiosi?* De neglectu satisfactionis. 237.

DOMINICA SEXAGESIMÆ.

- I. *Exiit, qui seminat, seminare semen suum.* De dante omnes satisfactiones defunctis, qui exiit extra fines conditionis humanæ propter præstantiam talis caritatis. 632.
- II. *Seminare semen suum.* De utilitate caritatis in defunctos. 731.
- III. *Cecidit in terram bonam.* De defunctorum in patronos grato animo. 742.
- IV. *Aliud cecidit supra petram, in spinas aliud, &c.* De ingratis in testatores mortuos hæredibus. 559.

DOMINICA QUINQUA-  
GESIMÆ.

- I. *Illudetur.* Etiam anima purganda à dæmonibus. 353. meritor defunctorum de repulsa Christi. 202.
- II. *Et tertia die resurget.* De Purgatorii diuturnitate. 361.
- III. *Cæcus quidam sedebat.* Defunctus est. cæcus. 1067.
- IV. *Sedebat secus viam mendicans.* Delocis Purgatorii. 24.
- V. *Mendicans.* Cùm alioqui jure exigere posset. 559. &c.
- VI. *Clamavit dicens, Jesu fili David miserere mei.* De misericordia divina in defunctos. 692. 731.

DOMINICA I. QUADRAGE-  
SIMÆ.

- I. *Delus est Iesus in desertum.* Purgatorium desertum sterile. 340. 238. ardori Solis Justitiæ expositum. 282.
- II. *Ductus est Iesus in desertum à Spiritu,* scilicet Sancto: & ab eo ducitur in Purgatorii desertum Societas Jesu. in Epistola Dedicatoria.
- III. *Et cùm ieiunasset 40. diebus, & 40. noctibus.* de jejunio defunctis applicando. 862.
- IV. *Esurit.* Cibandi defuncti, in quibus esurit Christus. 486. 462.
- V. *Etece Angeli accesserunt, & ministrabant ei.* In defunctis. 711.

DOMINICA II. QUADRAGESIMÆ.

- I. *Exiit eos in montem excelsum seorsum.* De attritu Cœli. 38. idc gloria cœlesti defunctis donata 657.
- II. *Transfiguratus est ante eos.* Qualis mutatio animæ in cœlo post pœnas Purgatorii. 657.
- III. *Transf.*

# Patrocinium Defunctorum. *Lib. III.* 347

- III. *Transfiguratus est.* Caritas in defunctos hominem nobilitat, & similem reddit Moysi, Paulo, Christo. 678. &c.
- IV. *Loquebantur de excessu.* De desiderio animarum fruendi Deo 106. præ quo flammæ parvi faciunt. 121.

## DOMINICA III. QUADRAGESIMÆ

- I. **E***T illuderat mutū.* Nempe dæmonium à quo mortales persuadentur parvipendere, nec confiteri venialia, utpote minuta. 337.
- II. *Locutus est murus, & admirata sunt turba.* Anima purganda muta est ad cantandas Cœlitum more Dei laudes: sed per te fiet apta. 664.
- III. *Signum de Cælo quærebant ab eo.* Nunc quoque ut credant Purgatorium. 1. & defunctis posse opem ferri. 424.
- IV. *Beatus venter, qui te portavit.* De gratis animis defunctorum in Patronos. 742.

## DOMINICA IV. QUADRAGESIMÆ.

- I. **V***Nde ememus panes, ut manducet bi.* De Virtute Eleëmofynæ ad defunctorum levamen. 887.
- II. *Unde ememus panes.* De Communionem Generali. 977. & 486.
- III. *Quinque panes.* De perpetua pro defunctis precatione ad honorem perpetuæ passionis, ac Crucis Christi. 1056.
- IV. *Collegerunt, & impleverunt duodecim Cophinos fragmentorum.* Merces liberalitatis in defunctos. 733.

## DOMINICA PASSIONIS,

- I. **Q***uis ex vobis arguet me de peccato.* Crudelitatis, quod leves in speciem noxas tam graviter castigem? 340. 218.
- II. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Hinc colligit Gregorius prædestinationis signum esse libenter audire verbum Dei: adde verbum de Purgatorio. 774.
- III. *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Nam si effectis ex Deo, libenter de Purgatorio disseri audiretis ex caritate. 448. pietate. 503.
- IV. *Et vos inhonorastis me:* Peccato maxime mortifero. 229.
- V. *Ego non quæro gloriam meam.* De præstantia caritatis omnes suas satisfactiones defunctis transcribentis. 627.

## DOMINICA PALMARUM.

- I. **C***um venisset Bethpage ad Montem Oliveti.* Mons Oliveti, ac miseri-

cordiæ est Templum die Communionis Generalis. 991.

- II. *Invenietis asinam alligatam:* Nempe animam Patroni defunctorum eos sublevantem, eorumque pœnas ferentem. 862.
- III. *Solvite illam, & adducite mihi.* Misericordis in pios manes solida spes Purgatorio brevi evadendi 804.
- IV. *Osanna filio David: Benedictus, qui venit in nomine Domini.* De laudando Deo per defunctos in Cœlum præmissos. 664.

## DOMINICA RESUR- RECTIONIS.

- I. **V***enerunt ad monumentum orto iam sole.* Prompta sit miseratio in defunctos. 260. 407. 417.
- II. *Ut ungerent Jesum.* Sepeliendæ animæ purgandæ. 499.
- III. *Surrexit non est hic.* Hæc est inscriptio tumuli Christi: sed animarum in Purgatorio, *facet hic & diu iacebit.* de Purgatorii diuturnitate. 366.
- V. *Venite, & videte locum ubi posuerunt eum.* Heu! qualis locus Purgatorii! 70.

## DOMINICA I. POST PASCHA.

- I. **S***tetit Jesus in medio, & dixit eis pax vobis.* De Christi in defunctos misericordia. 692.
- II. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Ad annuntiandum manuetis misit me, ut mederer contritis corde, ut Prædicarem captivis indulgentiam, &c. Ita. 61. fac tu ex misericordia similiter. 470.
- III. *Vidimus Dominum.* Quanto felicitior visio Dei in Patria! 93.
- IV. *Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum.* Noli dicere non credam, nisi videro Purgatorium: nunquam illud videris: & jam satis ex Scripturis, & aliunde apertum est. 1. 2. &c.
- V. *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Christum in animis cruciari: habent enim omnes notas beatitudinis. 774.

## DOMINICA II. POST PASCHA.

- I. **E***go sum Pastor bonus.* Patronus defunctorum cibans illos. 486. & potans. 483. nomen hoc meretur.
- II. *Ego sum Pastor bonus.* Sacerdos, qui  
Xx 2 Missas

Millas sibi commissas pro defunctis fideliter solvit. 600.

- III. *Ego cognosco oves meas, & cognoscant me mea*: Christi oves Augustino teste prædestinati. Eorum notas vide in Patrono defunctorum. 774.
- IV. *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis*. Sic agit Patronus defunctorum sese exponens eorum causâ poenis lustralibus. 678.

DOMINICA TERTIA POST  
PASCHA.

- I. *Modicum & non videbitis me*. Pœnæ Purgatorii modicæ, si spectes tormentorum tartari atrocitatem, & perennitatem quam es meritis. 370.
- II. *Modicum & videbitis me*. Sed longè jucundius, si defunctorum causâ tantisper in Purgatorio hæreatis. 731.
- III. *Quid est hoc quod dicit modicum?* Dicam: omnes morborum, & tormentorum cruciatus, respectu tormentorum Purgatorii. 312. 317. 321.
- IV. *Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos*. Et quidem consultò, quia præstat lacrymis, quàm igne noxas purgare. 282.

DOMINICA QUARTA POST  
PASCHA.

- I. *Vado ad eum, qui misit me*. Hæc merito dicat defunctorum Patronus, propter securitatem salutis æternæ. 753.
- II. *Tristitia implevit cor vestrum*. De tristitia defunctorum ex privatione visionis, amoris, & gaudii beatifici. 95. 150. 166.
- III. *Cùm venerit ille, arguet mundum de peccato*. Bene habet, si nos arguat jam de turpitudine peccati. 218.
- IV. *Et de iustitia*, Graviter placentem mortuos ob leves in speciem culpas. 337. 312.
- V. *Ille me clarificabit*. Spiritus Sanctus per Amatorem defunctorum, qui ad Christi gloriam plurimum confert, mittens ejus Sponsas in Cœlum 657.

DOMINICA QUINTA POST  
PASCHA.

- I. *Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis*. De virtute orationis, ad Deum defunctis placandum. 920.
- II. *Petite, & accipietis, ut gaudium ve-*

*strum sit plenum*, De beatifico gaudio parentum defunctorum. 176. 527.

- IV. *Ipsè pater amat vos, quia vos me amatis*. Quod fit animabus, fit Christo 502.

DOMINICA SEXTA POST  
PASCHA.

- I. *Cùm venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre*. De misericordia divina in pios manes. 692.
- II. *Spiritum veritatis*, De poenis purgantibus. 1. 2. &c.
- III. *Ille testimonium perhibebit de me*. Ostendet me vivere in cordibus Catholicorum per gratiam, & misericordiam in pios manes. 473.
- IV. *Absque synagogis facient vos*: Velut excommunicatos habebunt, fraudantes legatis piis, & precibus pauperum, ac religiosorum. 559.
- V. *Absque synagogis facient vos*. Contra vos Auditores, synagogas, seu sodalitates instituite, unde participes fiant defuncti bonorum operum. 1057.

DOMINICA PENTECOSTES.

- I. *Siquis diligit me, sermonem meum servabit*. Maximè ultimum de charitate: nam maximè extrema Patris voluntas servanda est. de auxilio defunctorum ex caritate. 438.
- II. *Et Pater meus diligit eum*, Amatorem defunctorum, ut filium, certò ei parans hæreditatem cœlestem. 753.
- III. *Jam non multa loquor vobiscum*: Quia non est opus ut filius Patrem, ac Matrem, conjux conjugem in flammis diu ac multum levamen roget. 517. 548. 615.
- IV. *Vado, & venio ad vos*. Verba Christi ad defunctos post judicium particulare tristissima. Vado à vobis 92. & venio, seu veniam ad vos. longissimæ sunt in amore moræ. 407.

DOMINICA SS. TRINITATIS.

- I. *Data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in Terra*. Et hoc caritati in pios manes applicari potest. Nam Deum devincit. 731. 740. & amatoribus defunctorum spem facit brevi Purgatorio exundi. 804.
- II. *Data est mihi omnis potestas, &c.* Idem dicat oratio. 913. & elemosyna. 887. pro defunctis, quibus cœlum procurat.
- III. *Docete omnes gentes*. Deum perfectè intueri,

# Patrocinium Defunctorum. *Lib. III.* 349

intueri, seu cognoscere. 93. & amare. 150.

- IV. *Baptisantes eos*, Seu lavantes eleëmofyna. 887.

## DOMINICA I. POST

PENTECOSTBN.

- I. **E**stote misericordes. In miserimos defunctos. 470.  
 II. *Sicut Pater cælestis*. De misericordia divina in defunctos. 692.  
 III. *Dare, & dabitur vobis*. De misericordix virtute impetrandi. 740. 742.  
 IV. *Mensuram bonam, & confertam*. De mercede temporalis. 783. & spiritali caritatis in defunctos. 804.

## DOMINICA II. POST

PENTECOSTEN.

- I. **H**omo quidam fecit cœnam magnam. De Communione Generali. 977.  
 II. *Misi servum suum dicere invitatis, ut venirent*. Excellentia caritatis vocantis, atque introducentis ad cœnam cœlestem defunctos. 657.  
 III. *Et cœperunt omnes excusare*. Stultitia excusantium varia, ne vacent satisfaciendo in hac vita. 238.  
 IV. *Et cœperunt simul excusare*. Mœror acerbissimus ob rejectas hac in vita gratias. 202.

## DOMINICA III. POST

PENTECOSTEN.

- I. **E**rant appropinquantes ad Jesum publicani, & peccatores. Et nunc iisdem peccatoribus id licet, ad veniam peccatorum, & pœnarum iis debitarum impetrandam: non postea. 237. 392.  
 II. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves*. Pastores estis, Auditores; multas oves habetis errantes in Purgatorio: querite. 480.  
 III. *Donec inveniat eam*. Oratio producenda: longa est mora erroris à via Cœli. 361.  
 IV. *Congratulamini mihi, inveni quem, quæ perierat*. Patet illud Christi gaudium ex ejus studio reducendi oves è Purgatorio in pascua Cœli. 692.  
 V. *Gaudium erit Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente*, Ergo & erit super anima, è Purgatorio exeunte. Patet è studio Angelorum animas liberandi. 711.

## DOMINICA IV. POST

PENTECOSTEN.

- I. **P**iscatores descenderant. Patroni defunctorum, sunt eorum è flumine flammivomo piscatores: quanta inde horum gloria! 642.  
 II. *Ascendens autem in unam navim quæ erat Simonis*. Hæc navis Ecclesiam notat, cujus catina est Purgatorium. vide profunditatem illius. 24.  
 III. *Laxate retia vestra in capturam*. Eleëmofyna rete tum pauperum, quæ capiuntur, tum animarum. 887.  
 IV. *Ex hoc nuncietis homines capiens*. Quanta laus animas capere, & cœlo interre! 657.

## DOMINICA V. POST

PENTECOSTEN.

- I. **Q**ui occiderit, reus erit iudicio, Sic apud mortales: sed apud defunctos, qui verbum otiosum dixerit reus erit igne. 337.  
 II. *Qui dixerit fratri suoraca*, Quod verbum contumeliosum est, reus erit Concilio, nempe Synedrico, in quo graviores noxæ judicabantur. Quid merebitur in Purgatorio culpa mortalis, si veniales plectantur plusquam hic latrocinia & homicidia. 317.  
 III. *Si offers munus tuum ad altare*, Egregium, & Deo gratissimum munus, sacrificium pro defunctis. 934.  
 IV. *Frater tuus habet aliquid adversum te*. Nempe Religiosus ejusdem ordinis defunctus, quem deseris. 615.

## DOMINICA VI. POST

PENTECOSTEN.

- I. **E**cce iam triduo sustinent me. Quanto diutius defuncti? 361.  
 II. *Nec habent quod manducent*, Defuncti, ergo eos pascite. 483.  
 III. *Si dimisero eos ieiunos, deficient in via*. O Pater, ô Mater, alimenta debes filio defuncto, nec præbes cum defecerit in via. 559. Et tu Conjux conjugi. 547.  
 IV. *Unde istos quis poterit hic saturare?* Potest, vel jejunio fatiare. 863.  
 V. *Unde istos quis poterit hic saturare?* Ex frumento Electorum, vel à Sacerdote litato, ac manducato. 934.

## DOMINICA VII. POST

PENTECOSTEN.

- I. **A** fructibus eorum cognoscetis eos. Fructus peccati ingens mœror, ac pudor

ac pudor de illius turpitudine. 218.

- II. *Nonne colligunt de spinis uvas?* Omnino. Nam divitiarum, spinarum sunt, teste Christo, & ex illis pauperi datis uvae procreantur defunctis dulcissimae. 887.
- III. *De tribulis ficus?* Omnino, de mortificatione proveniunt suavissima. 873.
- IV. *Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* De poena refectionis gratiarum actualium. 202. & sanctificantis. 187.

DOMINICA VIII. POST  
PENTECOSTEN.

- I. *Dissamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius.* 202. Item de paucitate utentium facilitate satisfaciendi. 392.
- II. *Jam enim non poteris villicare.* De vita hac, quae definitur tempus meriti, & satisfactionis. 237.
- III. *Filii huius saeculi prudentiores filii lucis:* Quia illi praecavent mala multo breviora, & minora: hi diuturna, & summa negligunt. 218.
- IV. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Contractus, do ut des, cum defunctis. 789. 804.

DOMINICA IX. POST  
PENTECOSTEN.

- I. *Videns Civitatem flevit super illam.* De misericordia Dei in defunctos. 692. & humana. 470.
- II. *Si cognovisses & tu, quae ad pacem tibi.* De turpitudine peccati male jam expensa. 218. de acerbitate poenae damni. 912.
- III. *Et quidem in hac die tua.* Quia diei tuae luce non uteris, damnaberis tenebris Purgatorii. 73.
- IV. *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Quis tam facile peccaret, si peccatis ignem debitum attenderet. 266.
- V. *Coangustabunt te undique.* De daemone in Purgatorio savitia. 353.

DOMINICA X. POST  
PENTECOSTEN.

- I. *Do homines ascenderunt in templum.* De orationis virtute satisfaciendi. 913.
- II. *Raptores.* De haereditum rapina piorum legatorum. 559.
- III. *Velut hic publicanus.* At votum meum est ut sitis publicani, & sceneratores.

sceneratur domino, qui miseretur pauperis defuncti. de Eleemosynae virtute in defunctos. 887. & mercede. 789. &c.

- IV. *Deus propitius esto mihi peccatori.* Stultitia mortalium ardere praoptantium, quam uti ejusmodi preculis. 245.

DOMINICA XI. POST  
PENTECOSTEN.

- I. *Aducunt ei surdum, & mutum.* Haereditas, & legata clamant haeredes, & legatarios, & executores misereri oportere Testatoris defuncti: sed multi surdi. 559.
- II. *Adaperire.* Nempe cor avari ad miserationem parentis defuncti. 887. 517.
- III. *Et loquebatur recte:* Loquitur recte Dei, & defunctorum lingua, qui pro illis orat. 913.
- IV. *Bene omnia fecit.* Patronus defunctorum: merito ergo habet omnes notas praedestinationis. 774.

DOMINICA XII. POST  
PENTECOSTEN.

- I. *Beati oculi, qui vident, quae videris.* Scilicet Christum, ejusque caritatem per Synaxim Generalem mortuis jam plus, quam antehac opitulantis. 977.
- II. *Magister quid faciendo vitam aeternam possidebo?* Auxiliare defunctis: securus de salute tua eris. 753.
- III. *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* De officio caritatis naturalis, & supernaturalis in defunctos. 438. 448.
- IV. *Sacerdos pertransiens.* De obligatione Sacerdotum ad Missas pro defunctis dicendas. 595.
- V. *Samaritanus autem quidam misericordiam motus.* De misericordia in defunctos. 470.

DOMINICA XIII. POST  
PENTECOSTEN.

- I. *Cum iret Jesus in Jerusalem.* De peregrinationibus sacris gratia defunctorum. 1034.
- II. *Steterunt a longe, levaverunt vocem.* De defunctorum carcere longe a nobis remoto. 61.
- III. *Ite, ostendite vos Sacerdotibus,* Ad curandam lepram peccati defunctorum Sacerdos in Missa adeundus. 967.
- IV. *Nonne decem mundati sunt, & novem ubi sunt?* Contra pro uno purgato omnes defuncti grati sunt. 669.

DOMI.

# Patrocinium Defunctorum. *Lib. III.* 351

## DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN.

- I. **N**emo potest duobus dominis servire. Parentes, qui Deo relicto liberis serviunt, omniaque ad eorum commodum referunt, iusto Dei iudicio sepe ab ipsis post mortem derelinquuntur. 517.
- II. **N**on potestis Deo servire, & mammona. De Eleemosyna in defunctos. 887.
- III. **N**olite solliciti esse. Etiam temporalia suis patronis defuncti procurant. 783.
- IV. **F**enum agri, quod cras in clibanum mittitur. De mundanis, qui ubi tantisper floruerunt, in ignem mittuntur. 282.

## DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN.

- I. **F**ilius unicus matri suae. Filios mortuos lugent parentes, non tamen iuvant. 529.
- II. **A**dolescens tibi dico, surge. Ex Purgatorio: ò læta vox, & ipsi quoque dicenti jucunda. 657.
- III. **E**t dedit illum matri suae. Deus Mariæ, propter ipsius misericordiam. 701. item propriæ matri defuncti 529.
- IV. **A**ccepit autem omnes timor, & magnificentabant Deum. De præstantia caritatis, quæ animæ Purgatorii vita & gloria æterna donantur. 657.

## DOMINICA XVI. POST PENTECOSTEN.

- I. **E**t ecce homo hydropicus. Defunctus talis dici potest propter ingentem sitim nectaris cœlestis. 106.
- II. **C**uius vestrum asinus, aut bos in puteum cadit, & non continuo extrahit illum die sabbati? De executorum negligentia exequendi piis voluntates testatorum. 373.
- III. **C**uius vestrum asinus, aut bos, & non continuo, &c. Et tamen Pater, Mater, amicus incidit in antrum Purgatorii, & eunctamini extrahere. 517.
- IV. **C**um invitatus fueris ad nuptias, non recumbas primo loco. Commendatur modestia, & humilitas, apta ad satisfactionem. 882.

## DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN.

- I. **D**iliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Qui tribuit defunctis omnes suas satisfactiones, præstan-

- tissimæ caritatis specimen præbet. 627.
- II. **Q**uid vobis videtur de Christo? Qui sponsas suas sui conspectu privatas ablegat in exilium ob unicam noxam venialem? estne hac in re justus? 121. 340.
- III. **D**ixit Dominus Domino meo sede à dextris meis. Quàm acerba sit offensatanti Domini piis manibus. 218.
- IV. **D**ixit Dominus Domino meo. De Deicidio, & Christicidio in vita perpetrato quàm triste sit defunctis. 229.

## DOMINICA XVIII. POST PENTECOSTEN.

- I. **O**fferebant ei paralyticum. Orationis vis pro defunctis, qui sunt paralytici, quippe gradendi ad Cælum impotentes. 913.
- II. **V**idens autem Jesus fidem illorum. Et tu fide te orando libertatem alicujus animæ obtenturum: ad id enim propensus est. 692.
- III. **R**emittuntur tibi peccata tua. Et hoc defuncto dicit ex vero caritas, quatenus eorum pœna utraque defunctum liberat. 642.
- IV. **S**urge, vade in domum tuam: Quæ defuncto est sinus Divinitatis, ubi semper acquiescet. Quàm gloriosum igitur caritati animam istic collocare? 657.

## DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN.

- I. **S**imile est regnum Cœlorum Regi, qui fecit nuptias filio suo. Quàm optatæ sint hæ regni ac cœlestes nuptiæ Sponsis Christi. 106. & quàm durum ab illis arceri. 121.
- II. **E**t misit servos suos vocare invitatos ad nuptias. Omnes Christiani lege diviniæ misericordiæ mittuntur ad vocandas animas defunctorum ad nuptias cœlestes. 470.
- III. **A**bierunt alius ad villam suam, alius ad negotiationem suam. De neglectu rerum ad satisfactionem necessarium, unde animæ detinentur, quo minus eant ad nuptias. 237.
- IV. **L**igatis manibus, & pedibus mitte eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Ob vestem peccatisfordidatam. 218.

## DOMINICA XX. POST PENTECOSTEN.

- I. **R**ogabat eum, ut sanaret filium eius. Quantò magis rogandus, ut incendit

condio filius eripiat? 529.

- II. *Domine descende priusquam moriatur filius meus.* Præstat ut morituro suffragetur 961.
- III. *Vade filius tuus vivit.* Non facile, aut velociter exauditur oratio pro defunctis, cum tam diu in Purgatorio hæreant. 361.
- IV. *Filius tuus vivit.* Quam optabile vitam æternam illi dare. 657.

## DOMINICA XXI. POST

PENTECOSTEN.

- I. **O**blatus est ei unus, qui debebat decem millia talenta. Ingens debitorum vis, ob multiplicata per totam vitam peccata. 375.
- II. *Redde quod debes.* Longè diutiùs manendum esset in Purgatorio, si stricto jure nobiscum ageretur. 370.
- III. *Miserus autem Dominus servi illius.* De divina in defunctos misericordia. 692.
- IV. *Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis.* Ergo si remiseritis, remittet. 882.

## DOMINICA XXII. POST

PENTECOSTEN.

- I. **M**agister, scimus, quia verax es. Ergo crede Purgatorium. 1.
- II. *Non est tibi cura de aliquo.* O executor, dum ultimæ, ac piæ testatorum voluntates exequendæ sunt, non sit tibi cura de aliquo hærede potente, & avato. 573.
- III. *Non enim respicis personam hominum.* Etiam Filii Dei, ac Sponsæ Christi gravissimè plectuntur.
- IV. *Ostendite mihi numisma census.* Vide ne anima tua, quæ numisma est Divinitatis, sordidat a sit, cum Judici ostendenda est, alioqui igne purgabitur. 283.

## DOMINICA XXIII. POST

PENTECOSTEN.

- I. **D**omine filia mea modò defuncta est. Caritas omnes defunctos pro filiis habet, ac juvat. 470.
- II. *Modò defuncta est.* Statim juvandi liberi defuncti. 529.
- III. *Veni impone manum tuam, & vivet.* De orationis pro mortuis efficacitate. 913.
- IV. *Si tetigero tantùm fimbriam vestimenti*

*eius, salva ero.* Quid ergo faciet sacra Synaxis pro mortuis? 971.

## DOMINICA XXIV. POST

PENTECOSTEN.

**C**um videritis abominationem desolationis. Turpitudine peccati quantopere cruciet defunctos. 218.

- II. *Orate ut fuga vestra non fiat hyeme, vel sabbato.* De stultitia eorum, qui negligunt tempus satisfaciendi. 237.
- III. *Erit enim tunc tribulatio magna.* Minor tamen, quam in Purgatorio. 312.
- IV. *Ubi cumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquila.* De securitate salutis Patroni defunctorum, qui ob caritatis excellentiam, aquila dici potest. 753.

## ARTICULUS III.

*Institutio Octavarum pro defunctis.*

**I**D quoque, & quidem maxime ad commendationem piorum manium pertinet, instituere Octavam, ut aiunt, in illorum gratiam. Et intelligo Bruxellis, Rhedonis, Valencenis, & alibi, id officii in parochiis iisdem rependi. Quare Octavarum decadem hinc atextendam duxi.

## INDEX OCTAVARUM

PRO DEFUNCTIS.

P R I M A.

*Comparatio Ierosolymæ vastata cum Purgatorio. vide Threnos Ieremiæ.*

CONCIO I. **P**urgatorium est civitas Dei, & quidem ut Jerusalem vastata. Numero. 183. 1071.

CONCIO 2. *Sedet sola,* seu privata Deo, qui animis fidelibus est omnia. 121.

CONCIO 3. *Sub tributo* pœnæ, seu tristitiæ ingentis debitæ peccatis. 215.

CONCIO 4. *Hæretis eam incendit.* de pœna ignis. 264.

CONCIO 5. Captivitas Ierosolymitanorum collata cum carcere lustrali. 61.

CONCIO 6. Utriusque mora, seu diuturnitas. 361.

CONCIO 7.

# Patrocinium Defunctorum. *Lib. III.* 353

- CONCIO 7. Ergo instar Jeremiæ miseremini illius ex caritate. 448.  
CONCIO 8. Et maximè ex pietate. 503.

## OCTAVA. II.

*Omnia misericordiæ corporalis opera exhibenda defunctis.* 470. 480.

- CONCIO 1. Visito. 2. Poro. 3. Cibo. 4. Redimo. 5. Tego. 6. Colligo. 7. Condo. 8. Certas spes salutis ex iis exhibitis. 753.

## OCTAVA III.

*Collatio Amatoris defunctorum cum Christo Isaiæ. 61.*

- CONCIO 1. *Spiritus Domini super me.* Misericordia Dei excitantis mortales ad levamen defunctorum. 692.  
CONCIO 2. *Ad annuntiandum diem Communionis Generalis.* 978.  
CONCIO 3. *Ut mederer contritis corde ob peccata.* 215.  
CONCIO 4. *Captivis indulgentiam, & clausis aperitionem.* 61. 991.  
CONCIO 5. *Ut consolarer omnes lugentes ex privatione Dei, quæ est maxima tristitiæ causa.* 93.  
CONCIO 6. *Ut darem coronam pro cinere, seu igne.* 264. 657.  
CONCIO 7. *Vocabuntur fortes iustitiæ.* Fortitudo illius caritatis collata cum fortitudine Martyrum. 678. 681.  
CONCIO 8. *Plantatio Domini ad glorificandum per defunctos in cælum præmissos.* 664.

## OCTAVA IV.

*Præstantia caritatis in defunctos.*

- CONCIO 1. Quia dat satisfactiones suas per se præstantes. 633.  
CONCIO 2. Quia eos liberat à pœna damni, & sensus. 642.  
CONCIO 3. Quia iisdem procurat gloriam cœlestem. 657.  
CONCIO 4. Quia in cœlum præmittit Dei præcones suo nomine illum excellentissimè laudaturos. 664.  
CONCIO 5. Quia eorum causâ exponit se periculo subeundi pœnas morte duriores. 678.

- CONCIO 6. Quia parit ingens gratiæ gloriæque augmentum. 731.  
CONCIO 7. Quia securos efficit salutis. 740.  
CONCIO 8. Et Purgatorio citius liberat suos cultores. 804.

## OCTAVA. V.

*Comparatio doloris defunctorum cum mari. Magna est velut mare contritio tua.*

- CONCIO 1. Ut mare est amarissimum : ita nihil acerbius dolore ex Dei jarctura. 93.  
CONCIO 2. Ut gravissimi sunt æstus, & procellæ maris, ita flammaram purgantium. 264. &c.  
CONCIO 3. Ut aquarum marinarum tanta est copia ut flumina præ illis guttæ instar sint. ita respectu tormentorum lustralium humana. 312.  
CONCIO 4. Ut mare vastissimum, & maximè extensum est : ita Purgatorium in longum tempus porrigitur. 361.  
CONCIO 5. Ut ventorum vi mare effervescit, & sævit magis : ita vi dæmonum Purgatorium. 353.  
CONCIO 6. Ut maris amator arte dulcescit : ita jejuniæ amator Purgatorii. 862.  
CONCIO 7. Ut ventis secundis mare brevi pertransitur : ita mortalium oratione Purgatorium. 913.  
CONCIO 8. Ut navis exoneratio faciliorem cursum reddit : ita pecuniæ testatoris effusio in pauperes, defunctos ad portum provehit. 887.

## OCTAVA VI.

*Miseremini mei saltem vos amici mei.*

- CONCIO 1. Filii parentibus defunctis opitulentur. 504.  
CONCIO 2. Parentes filiis defunctis. 520.  
CONCIO 3. Conjuges inter se. 542.  
CONCIO 4. Hæredes Testatoribus. 559.  
CONCIO 5. Executores piarum voluntatum iisdem. 578.  
CONCIO 6. Sacerdotes accepto stipendio. 596.  
CONCIO 7. Beneficiis affecti suis patronis. 605.  
CONCIO 8. Fratres ejusdem religionis. 615.

Y y

vel

vel stimulus ad hoc officium gra-  
vitas pœnarum.

## OCTAVA VII.

*De modo defunctos levandi per indul-  
gentiam Communionis Generalis.*  
771. &c.

## OCTAVA VIII.

*Omnes nota predestinationis conve-  
niant in Patronos defunctorum.* 774.

- I. Humilitas nascitur ex pœnarum lustra-  
lium contemplatione. vide librum pri-  
mum. ferè totus eas tractat.
- II. Sitis justitiæ, ac salutis propriæ ex cura  
alienæ, 448. & defunctorum pro iis  
sollicitudine. 742.
- III. Mansuetudo ex consideratione diutur-  
nitatis Purgatorii. 361.
- IV. Misericordia est illorum propria. vide  
leges misericordiæ. 470.
- V. Luctus intimus ex dolore defuncto-  
rum propter noxas considerato. 218.
- VI. Simplicitas, seu animi mundities ex  
culparum etiam levium gravibus pœ-  
nis. 332.
- VII. Amor Divæ Virginis ex ipsius imita-  
tione in juvandis animis. 701.

## OCTAVA IX.

*Ingens discrimen beatos inter,  
& pios manes.*

- CONCIO 1. Beati in Cœlo. Purgatorii lo-  
cus orco vicinus, & probabili-  
ter continuus. 23. 84.
- CONCIO 2. Beati in patria, pii manes in car-  
cere. 61.
- CONCIO 3. De atrio Cœli. 38. de Purgato-  
rio S. Patricii. 57.
- CONCIO 4. Beati vident, possidentque  
Deum, non defuncti. 93. 108.
- CONCIO 5. Confertur dolor defunctorum  
cum dolore piorum ex absentia  
Dei. 130.
- CONCIO 6. Beati Deum summopere amant,  
hinc dolor defunctorum. 150.
- CONCIO 7. Beati fruuntur gaudio beatifi-  
co, non defuncti. 166.
- CONCIO 8. Dote impassibilitatis potiuntur  
Beati, defuncti uruntur. 273. &c.

## OCTAVA X.

*Fontes lætitiæ pro mortalibus sunt læ-  
tymarum pro defunctis.*

- CONCIO 1. Fons 1. lætitiæ est eleëmofyna,  
satisfactionis Christi feracissi-  
ma. 887. ejus neglectus defun-  
ctis est fons tristitiæ. 234.
- CONCIO 2. Fons 2. lætitiæ est oratio. 913.  
cujus neglectus defunctis est  
fons tristitiæ. 245.
- CONCIO 3. Fons 3. est jejunium. 862. cujus  
neglectus defunctis est fons tri-  
stitiæ. 242.
- CONCIO 4. Fons 4. est sacramentum pœ-  
nitentiæ, cujus neglectus defun-  
ctis est fons tristitiæ. 252.
- CONCIO 5. Fons 5. est sacramentum Eu-  
charistiæ. 971. cujus neglectus  
defunctis est fons tristitiæ. 252.
- CONCIO 6. Fons 6. est Missa. 934. cujus ne-  
glectus defunctis est fons tristi-  
tiæ. 256.
- CONCIO 7. Fons 7. Indulgentiæ. 991. qua-  
rum neglectus defunctis est fons  
tristitiæ. 259.
- CONCIO 8. Peroratio generalis ad mœven-  
dos Auditores ut fontes lætitiæ  
mortalium efficiant fontes læ-  
titiæ defunctorum, hauriendo  
ex iis aquas ad eorum flammæ  
temperandas.

## ARTICULUS IV.

*Indiculus formularum petendæ  
Eleëmofynam pro defunctis  
quando Concionator pro  
iis nihil dixit.*

- I. **P**OST egenos civitatis commenda-  
tos, etiam atque etiam vitâ fun-  
ctos vobis commendo. non sic tamen  
ut vos gravari velim: nam si quibus  
aliud non suppetit, sufficiet ex animo  
dicere huic, vel illi ex vestris defuncto.  
*Deus te iuvet.* 1072.
- II. Diverfarum estis conditionum, Audi-  
tores: fas tamen est, & velim ut om-  
nes hodie, ac deinceps sitis medici:  
nonnulli è parentibus vestris, aut ami-  
cis ardentissimâ febri in Purgatorio  
laborant. Si placet preces illis, aliâve  
suffragia vel nunc addicite, febri il-  
lorum-

- lorum, aut omnino, aut ex parte curabitur.
- III. Arbitror vos D. Virgini, aut Divo, cuius festus agitur, hodie gratificari cupere. En facilem methodum, date illis, quod maximè desiderant, animas amicorum, ac devotorum, purgante carcere detentas. Solis votis res peragi poterit.
- IV. Hoc die Communionis Generalis, quodbenè vertat, Panem Angelorum comedistis, Auditores, largimini quæso, parentibus vestris mensæ illius reliquias: quos eheu! possum dicere ab aliquibus tractari pejus catellis, *qui edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum.* Date, inquam, satisfactionem pietatis, quam matutina Communio etiamnum in vobis excitat, & porrò excitabit.
- V. En habeo duplicem familiam oppido pauperem vobis commendandam. Prior est N. Posterior numerosior est, & multò egentior, quàm simul cum priore, eademque stipe impertiri potestis, nempe familiam piorum manium, quam levare licet, si eleemosynæ priori concessæ fructum satisfactionis defunctis adscribatis.
- VI. Non memini me magis ex æquo ac bono pauperes commendare, quàm commendem hodie. Quid enim æquius, quàm, ut parentibus vestris, qui fortunas vobis amplas, aut certè quidquid valetis arte & opera concesserunt, frustulum panis, aut nummulum per egenos petentibus largiamini; Id igitur eorum nomine efflagito.
- VII. Non sum solitus vobis nova nuntiare. Habeo ramen, quæ nefas est præterire, sed de altero mundo. Ubi intelligo multos ex Amicis vestris infeliciter exulare: & opem vestram diu noctuque implorare, cum diu, noctuque perurantur. Quæso, ne illos inhumaniter derelinquite.
- VIII. Attendite, Auditores. En venit in manus meas scedula extraordinaria, quæ sic habet. Fidelium Animæ per misericordiam Dei, & opem hujus Concionis, requiescant in pace. Vos igitur ita ex animo dicite, & ut requiescant porrò efficit.
- IX. Benevoli Auditores, significo vobis ex facultate Reverendissimi Domini nostri JESU CHRISTI Episcopi Animarum nostrarum, & vestri Pastoris, atque auctoritate suprema divini Magistratus commendatur vobis egentissima pariter, ac numerosissima familia fidelium defunctorum. Quæso, vel ob commendantium dignitatem, atque in eam familiam amorem, liberalitatem vestram hac in parte desiderari non sinatis.
- X. Pauperes, ac miseri Captivi vehementissimè optant, ut eos vobis commendem: lytro opus habent, & eo quidem vobis facili, scilicet in vestris precibus, aliisque suffragis posito. Obrestor vos, ut illud simul solvatis, & simul eorum vincula dissolvatis. Eadem opera in patriam illos reducatis, ubi abundè invenient quo vos ultra centuplum compensent.
- XI. Multi sunt pauperum viventium Quæstores, ac Patroni: perpauci mortuorum. Sinite ut hanc personam ego hodie sustineam, & aliquid eleemosynæ ac solatii à vobis eliciam: cū in maxima necessitate versentur.
- XII. Infaustum quid accidit, Auditores. Nobilissima quædam familia in summam egestatem, morbosque pessimos incurrit. familia, inquam filiorum Dei, ac sponсарum Christi statim à morte in horrendum Purgatorii carcerem, procul omni solatio, atque auxilio, detrusa est. Rogo vos, ut si Deum ac Christum ametis, earum misereamini.

*Ad majorem Dei, ac Deiparæ gloriam,  
ad honorem Angeli Custodis, &  
Defunctorum solatium.*

